

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes Parisiis et Romae, 1925

De S. Andrea Avellino Sacerdote Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum Neapoli Commentarius Praevius

urn:nbn:de:hbz:466:1-72556

DE S. ANDREA AVELLINO SACERDOTE CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM THEATINORUM

NEAPOLI

ANNO 1608

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Apellino

S. Andrea eunte obiit, mox in beatorum (an. 1624) nec multo B ullis tenebris obducta, stilo breviore uti praestat tione digni videantur.

tupis prodierunt epistula Alexandri

libri editi a Iohanne Baptista

post in sanctorum numerum relato (1712) longam instituere tractationem superfluum videtur. Etsi enim in gestis sanctorum antiquae et mediae aetatis pertractandis cura multa et perdiligenti opus est qua vetusti codices exquirantur et illustrentur, contra, in recentioribus, quae omnium oculis et manibus perspicue sunt exposita neque ne rerum copia obruamur vel acta agamus, et maximum in eo reponendum est studium ut ad fontes facile pervios legentes amandentur. Is certe modus habendus, ubi sermo est de S.Andrea, cuius gesta multorum exercuere calamos, cum tamen nullis suae aetatis publicis negotiis implexus fuerit, vitam pii sacerdotis duxerit, et postquam coenobiarchae munera rite obierat, cum sanctitatis fama decesserit. Age iam dicamus quinam e scriptoribus Vitae S. Andreae maxime commenda-2. Paucis post S. Andreae obitum diebus, P.Ale-

xander Garganus, Neapolitanae Patrum Theatinorum domus praepositus, litteras dedit ad P.Iohannem Antonium Angrisanum, praepositum generalem, de his quae in morte sancti viri contigerant certiorem eum facientes. Has edidit Iohannes Antonius Cagianus anno 1627(1). Totam Andreae vitam breviter quidem et succincte enarravit Iohannes Baptista Del Tufo, in appendice ad Historiam Congregationis Clericorum Regularium quam anno 1609 prelo submisit (2). Patribus Theatinis ipse adiunctus fuerat anno 1564, quo tempore S. Andreas magistri novitiorum munere fungebatur (3). Scriptoris fidem plurimum commendat quod mos illi fuit a primis annis, quaecumque notatu digna domi occurrebant in chartis reponere; tanta autem diligentia et temperatione usus est ut ea quae de obitu S. Andreae ex sola fama noverat narrare

1. De S. Andrea Avellino, qui saec. XVII in- sibi nefas duxerit: « de' quali, » ita ille, « io come assente non ne sono tanto pienamente informato, quanto gl' istessi padri Cherici Regolari che sono presenti nella medesima casa di S. Paolo di Napoli, me ne rimetto a quello che essi ne scriveranno, come ho accennato di sopra (4). » Sequitur Iohannes Baptista Castaldus, qui anno 1613 Vitam Andreae primus seorsim edidit, in qua multa de virtutibus et miraculis eius ex authenticis testimoniis congessit (5). Quae anno 1623 suo libro \to Napoli Sacra inseruit D. Caesar d'Engenio ex ambobus quos diximus libris deprompta sunt (6).

3. Eodem anno 1624, quo et Andreas beatorum Franciscoalbo ascriptus est, prodiit libellus Compendio della Vita e miracoli del beato Andrea Avellino Ch. Reg. cavato da processi autentici, scritture e relationi della Rota e Congreg. de' Riti fatti per la sua beatificatione e canonizatione, ad istanza dell' Illustriss, et excellentiss, Signore D. Ferdinando Spinelli, Principe di Tarsia (7). Librum a Francisco Bolvito conscriptum esse suspicamur, cum de Vita ampliore et accurate elaborata mox in lucem emittenda verba faciat anonymus, anno autem proxime insequenti Vita B. Andreae Avellini Clerici Regularis a Bolvito typis mandata fuerit (8). Anno 1595 in domo Neapolitana SS. Apostolorum professionem emisit Bolvitus (9), proindeque, praeter ea quae ex iuratis in Processu testimoniis collegit, plurima refert quae suis oculis vidit. Multa etiam de B. Andrea in Historiarum Clericorum Regularium libris tribus rettulit Iosephus Silos, variisque locis F pro temporum ratione distribuit (10). Libros quos hucusque recensuimus in suos usus converterunt Iohannes Bonifatius Bagatta (11), Thomas Schiara (12), Iohannes Baptista Barzisa (13), Olympus Du Marché (14), Iosephus Amadeus Perini (15), Innocentius Raphael Savonarola (16), Caietanus Maria Magenis (17), Bernardus Destut

Iohanne Baptista Castaldo,

Iosepho

aliisque.

(1) G. A. CAGIANO, Successi maravigliosi della veneratione del B. Andrea Avellino Chierico Regolare patrone e protettore delle città di Napoli, di Palermo e d'altre molte (Napoli, 1627), p. 6-13. — (2) Gio. Battista Del Tufo, Historia della Religione de Padri Cherici Regolari (Roma, 1609), p. 343-57. — (3) Del Tufo, op. c., p. 350. — (4) Op. c., p. 357. — (5) G. B. CASTALDO, Della Vita del Padre Don Andrea Avellino Chierico Regolare breve relatione, Napoli, 1613. — (6) Cesare d'Engenio Caracciolo, Napoli sacra (Napoli, 1623), p. 91-95. — (7) Napoli, 1624, 204 pp. — (8) F. Bolvito, Beati Andreae Avellini Clerici Regularis Neapolis et Panormi patroni vita tribus libris conscripta. Napoli, 1625, 302 pp.—(9) I. Silos, Historiarum Clericorum Regularium a Congregatione condita t. III (Panormi, 1666), p. 563.— (10) Op. c., 3 vol. Romae, 1650, 1655, Panormi, 1666. — (11) Gio. Bonifacio Bagatta, Vita dell' ammirabile servo di Dio Novembris Tomus IV. Novembris Tomus IV.

B. Andrea Avellino dell' Ordine de Cherici Regolari, Napoli, 1696, 339 pp. — (12) T. Schiara, Vita di S. Andrea Avellino, Chierico Regolare, Roma, 1712, 384 pp. — (13) G.Barsisa, Il santo forte o siano le azioni di S.Andrea Avellino, spiegate in elogi encomiastici, Verona, 1713. — (14) O. Du Marché, Abrégé de la Vie de S. André Avellin, Paris, 1713. — (15) [G. A. Perini], Breve ristretto della Vita e miracoli prodotti nella canonizazione di S. Andrea Avellino, Brescia [1712], 83 pp., Milano, 1713, 112 pp. — (16) Inn. Rafaelo Savoarona. Compendio della Vita, virti, morte e miracoli del gloriosissimo S.Andrea Avelinore Rafaelo Savonarola, Compendio della Vita, virtu, morte e miracoli del gloriosissimo S. Andrea Avellino de Cherici Regolari, protettor di due regni ed avvocato degl' agonizzanti particolarmente contro gli accidenti apopletici, Milano, 1713, 320 pp.—
(17) Gaetano Maria [Magenis], Vita di S. Andrea Avellino, Venezia, 1714, 473 pp.; Gaetano Maria Magenis, Vita di S. Andrea Avellino.
Edizione seconda più corretta, ed accresciuta

A de Tracy (1), nec eorum opera inter fontes historiae S. Andreae computanda. Cultus eius initia et progressus enarravit anno 1627 Iohannes Antonius Cagianus (2), qui sodalium Theatinorum nomine Andreae causam Romae egerat.

Inediti commen-

Iohannis Cagiani,

Valerii Pagani.

Ad illus-

trandam

Andreae

Vitam

conferunt

testium

in variis

4. Hactenus de libris prelo vulgatis. Servatur in bibliotheca Neapolitana Musei Sancti Martini Vita manu scripta S. Andreae, a Iohanne Antonio Cagiano « compilata ex processibus formatis pro eius canonizatione et ex auctoribus qui variis temporibus de ipso scripserunt, » quae nullo detrimento neglegi potest (3). Non ita opus Valerii Pagani, Breve relatione del principio e progressi de la religione de Cherici Regolari e delle attioni d'alcuni di essi Padri, quod in codice eiusdem bibliothecae ineditum habetur (4). Huius autem libri c. XLVI totum est de S. Andrea Avellino, rerum copia magis quam verborum abundans, et genuinis e fontibus haustum. Paganus enim, anno 1571 Congregationem Clericorum Regularium ingressus, in monasterio Sancti Pauli Neapolitano, domestico tabulario custodiendo deputatus, multa de Theatinorum historia scripta reliquit; quaecumque recordatione digna videbantur accurate digessit (5). In iis quae anno 1616, post Andreae obitum octavo, de Vita eius scripsit, quaecumque ab aliis iam vere dicta erant obiter attigit; quae autem ex eius ore acceperat aut suis oculis viderat, sedulo referre satagit, ila ut eius testimonium maximi faciendum videatur. Ceteris ergo omissis qui vel minoris momenti sunt vel facile reperiuntur, integrum caput de B. Andrea exscripsimus, et legentium oculis subiciemus.

5. Praeter libros manuscriptos quibus Vita eius continetur, ampla superest messis testimoniorum quae de more, ad processum beatificationis et canonizationis collecta sunt, quorum pleraque tum Neapoli in bibliotheca Musei Sancti Martini tum Romae in tabulario PP. Theatinorum asser-

vantur. Praecipue notanda sunt :

a) Processus informatorius Neapoli in palatio archiepiscopali incoeptus coram Horatio Veneto et Curtio Palumbo, die 15 decembris 1609 (Mus. S. Martini, cod. 652, fol. 125-208).

b) « Testes examinati a R. P. D. Basilio Scorza, consultore C. R., cum interventione D. Thomae Pellicione C. R. ex commissione A. R. P. D. Io. Antonii Angrisani, Generalis C.R., devita, moribus, conversatione et morte Patris D. Andreae D Avellini.» Processus incoeptus Neapoli, die 3 septembris 1611 (Mus. S. Martini, cod. 652, jol. 1-45).

c) « Copia authentica del Processo compilato nella città di Surrento per l'informatione d'alcune gratie concesse a diverse persone per intercessione del B. P. D. Andrea Avellino. » 1611 (ibid. fol. 49 sqq.)

d) « Processus inquisitionis, informationis et probationis... super vitae sanctitate, operibus et miraculis piae mem. P. Don Andreae Avellini ... in civitate Neapolitana coeptus coram Ill. et R. Dno Petro Antonio Ghiberto U. I. D., generali vicario Ill. et R. D. Decii cardinalis Carrafae, archiep. Neapolitani. » Incoeptus die 12 octobris 1613 (Mus. S. Martini, cod. 641; duplex exemplum in tabulario PP. Theatinorum).

e) Processus Neapolitani (b) pars altera, incoepta die 7 nov. 1616 (duplex exemplum, Mus. Martini, codd. 644, 646).

f) «Neapolitana seu Romana canoniz. servi E Dei Andreae Avellini... Dicta et depositiones testium coram Ill. Ioanne Garcia Mellino S. R. E. cardinali... super fide et excellentia... vitae necnon operatione miraculorum servi Dei Andreae Avellini ... » Incoeptus an. 1614 (Mus. S. Martini, cod. 649; tabularium. PP. Theatinorum; S. Congregatio Rituum).

g) « Processus inquisitionis, informationis, probationis et repetitionis... super vitae sanctitate, operibus et miraculis piae memoriae P. Don Andreae Avellini a Castro Novo... formatus ab Adm. Ill. et R. Dominis Ioanne Hieronymo Campanili U. I. D. episc. Lacedoniense ... et Horatio Mirto U. I. D. episc. Rubense, virtute litterarum remissorialium missarum a RR. PP. Dnis Ioanne Bapt. Coccino S. Rotae decano, Alphonso Mançanedo de Quinones et Iacobo Cavallerio eiusdem S. R. auditoribus.» Incoeptus d. 18 aug. 1621, Neapoli (Mus. S. Martini, cod. 647; tabul. PP. Theatinorum).

h) « Neapolitana canonizationis P. Andreae Avellini. Summarium de virtutibus, fide, spe, charitate, prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia servi Dei Andreae Avellini Clerici Regularis » (Bruxellis, Bibliothecae Regiae cod. 8939, fol. 1-155).

della Bolla di sua canonizazione e di alcune nodella Bolla di sua canonizazione e di alcune notizie intorno alla virtuosa vita del medesimo P. Magenis, Brescia, 1739, 452 et 52 pp.; I. M. T. C. R., Vita di S.Andrea Avellino, Cherico Regolare Teatino, ricavata da diversi autori e particolarmente dal P. Magenis C. R., Napoli, 1847. — (1) DE TRACY, Vies de S. Gaëtan de Thienne... du B. Jean Marinon, de S. André Avellin et du B. Cardinal Paul Burali d'Arezzo, Paris, 1774, xxII et 532 pp.—(2) Vid.supra, p. 609, annot. 1. — (3) Cod. 542. De codicibus Musei Sancti Martini quos hie afferimus vide C.Padiglione, La biblioteca del Museo nazionale nella Certosa di S. Martino in Napoli (Napoli, 1876), praesertim pp. 418, 424-26, 431, 465. netta Certosa at S. Martino in Napoti (Napoti, 1876), praesertim pp. 418, 424-26, 431, 465, 495-97, 508-513. — (4) Cod. 564. Prologum edidit Padiglione, op. c., p. 496-97. —(5) « Con l'occasione che da miei superiori mi fu imposto, che dovesse ponere in assetto le scritture che stavano male acconcie nella nostra casa di San Pagle Magistra di Napoli, ha estata casa di San Paolo Magiore di Napoli, ho atteso non solo à ponere quelle che vi erano in buon ordine, ma anco a procurarne molte altre, e tutte antiche;

et ho fatto autenticare quelle che non vi erano... Dall' anno 1571, ch' io so stato alla Religione, quelle cose che ho visto et inteso da persone fideli, e che essi han visto, così le ho notate con tutta la diligenza possibile per quanto le mie deboli forze han possuto. » PAGANUS, Prologus, ap. PADIGLIONE, pp.496,497. In Museo S. Martini multa reperiuntur Valerii Pagani manu transsumpta, annotata, compilata; epistulae quoque cum ab eo scriptae tum ad eum directae; cf. PADIGLIONE, pp. 237, 247, 265, 299, 301-312, 369-372, 418, 425, 431, 439, 466, 495-97, 511, 512, 517, 523, 533. Valerii tamen nomen incassum requisiveris apud A. F. Vezzosi, I scrittori de Che 523, 533. Valerii tamen nomen incassum requisiveris apud A. F. Vezzosi, I scrittori de' Cherici Regolari detti Teatini, 2 vol. in-49, 1780. Andream Avellinum Valerius praesens cognovit in domo Neapolitana ubi multos annos cum eo vixit. De viri Dei virtutibus egregium testimonium tulit in processu beatificationis Romano, an. 1614 (infra, num. 5 f), fol. 1-12. Diem supremum obiit octogenario maior Neapoli an. 1631. Shos, Historia Clericorum Regularium, t. HI, p. 105.

i) Processus Placentiae institutus anno 1614 (Mus. S. Martini, cod. 648; excerpta).

k) Processus institutus in civitate Platiae (Piazza), anno 1618 (Ibid.)

1) Processus institutus Panormi, anno 1622 (Mus. S. Martini, cod. 650).

m) Processus institutus Anglonae, 22 septembris anni 1682 (Tabul. PP. Theatinorum; S. Congregatio Rituum).

n) Typis edita est anno 1695 « Positio super dubio an et de quibus miraculis constet superventis post indultam dicto Beato venerationem.

tum Centuria Capitulorum Congregationis Cleri-

corum Regularium a Valerio Pagano compilata

6. Ad illustrandam Andreae Avellini vitam Acta Caet determinanda tempora quibus varia obierit pitulorum generalium munia, conferunt et Acta Capitulorum generalium congrega-Congregationis Theatinorum, quae habentur in codicibus Musei Sancti Martini 487, 488, 489, Theatinae, 490, et in duobus codicibus archivi Congregationis eiusdem, quos vidimus. Series Actorum incipit ab anno 1524, sequentesque ad 1627 usque complectitur, nonnullis exceptis, quorum opportune locum supplent tum Annales Gregorii de Marinis Veneti ab Ambrosio Bitontino continuati aliique anonymi, qui exstant in codice Musei S. Martini 612 (1),

(Mus. S. Martini, codd. 489, 490).

7. Neque omittenda sunt ipsius S. Andreae scripta, quamquam magnam partem de rebus asceticis et spiritualibus sunt. Quae omnia, praeter Directorium Magistri novitiorum et Tractatum de obligatione serviendi Deo, anno 1750 monasterio Theatinorum Parisiensi oblata (2), in ecclesia Sancti Pauli Neapolitana asservantur (3). Edita sunt Placentiae, anno 1617, Duodecim documenta ad vitam spiritualem formandam, cura Iosephi Benzonii, qui «nonnulla e suo penu addidit (4). » Prodierunt Neapoli, ann. 1670 et 1674, Tractatus de spe et timore (5), ann. 1731-1732, S. Andreae epistulae, duobus tomis comprehensae (6), et landem, ann. 1733-1734, quinque tomis opera reliqua (7), praeter tractatus illos quos Parisios delatos esse diximus. Epistulas sancti viri non paucas periisse vel certe latere ex eo efficitur quod anno 1665 Iosephus Silos testetur epistulas supra millenas ducentenas in archivo Sancti Pauli tunc temporis reperiri (8), cum in codice Registro di diverse lettere, quem inspeximus (9), E numerum 1098 dumtaxat attingant. Litterae nonnullae ad S. Carolum Borromaeum et ad cardinalem Sirletum nuper editae sunt (10). Ineditae binae, 20 iulii 1580 et 22 maii 1589 datae, in bibliotheca Trivulziana Mediolanensi habentur (11), una 29 ian. 1603 in Museo S. Martini (12).

ipsius Andreae scripta

epistulae

(1) De his Annalibus, Paganus, Breve Relatione, in Prologo. — (2) De Tracy, Vies, pp. 203 et 242. — (3) Scripta sua S. Andreas Patri Andreae Castaldo commiserat: « avanti che morisse mi ha raccomandato che n'havesse cura, et morto che fû, le consignai tutte al Padre Don Alessandro Gargano [tunc praeposito Sancti Pauli], et ivi sono conservate nella nostra <casa> di S. Paulo, et io sò ancora di vista, che tutte quelle opere scritte di mano di questo servo di Dio D. Andrea che come laborioso mai stava otioso, et sono in buon numero. Testimonium Patris Andreae Castaldi in processu Neapolitano, Summarium, fol. 110. — (4) Silos, Historia Clericorum Regularium, t. III, p. 527. — (5) Sic enim legendum esse videtur de Tracx, op. c., p. 312, loco: 1570 et 1574; cf. Lettere scritte dal glorioso S. Andrea Avellino, t. I (Napoli, 1731), prefazione. Exemplar anni 1670 vidimus Romae in bibliotheca Vittorio Emmanuele. Flosculos quosdam deceptos ex Andreae epistulis et libris excudit Iohannes Antonius Cagianus, Neapoli, 1636, alios Iacobus Dentice, anno 1646; cf. Vezzosi, op. c., t. I, pp. 176, 301. — (6) Lettere scitte dal glorioso S. Andrea Avellino a diversi suoi divoti, date alla luce da' Chierici Regolari di S. Paolo Maggiore di Napoli. — (6) Lettere scitte dal glorioso Randrea Avellino a diversi suoi divoti, date alla luce da' Chierici Regolari di S. Paolo Maggiore di Napoli. — (7) Opere varie composte dal glorioso S. Andrea Avellino Chierico Regolare, divise in cinque tomi e date alla luce da' PP. Chierici Regolari di S. Paolo Maggiore di Napoli. — (8) Silos, Historia Clericorum Regularium, t. II, p. 220-21. — (9) Neapoli apud PP. Theatinos Sancti Pauli Maioris, duobus tomis, quorum prior in dorso signatus est: Lit. Tom. 2, et paulo inferius, caractere grandiore: IV; posterior vero: Lit. Tom... *; numerus vetustate evanuit sed legendum esse: Tom. 3º ex eo colligitur quod ubi Tom. 2 habebat: IV, hic habet: V. Utrique antecesserit necesse est tomus tus; quod mior nemini unquam in mentem venisse; nam aiebat Silos, Historia (1) De his Annalibus, Paganus, Breve Relatione, in Prologo. — (2) De Tracy, Vies, pp. 203 et 242. — (3) Scripta sua S. Andreas Patri Andreae Castaldo commiserat: nemini unquam in mentem venisse; nam aiebaf Silos, *Historia Clericorum Regularium*, t. III p. 527, in tabulario Sancti Pauli exstare B. Andreae «epistolarum pleraque volumina», quod aegre de duobus intellexeris. Porro, inter manu-scripta Musei S. Martini Neapolitani (cod. 653, 229-249) incidimus in elenchum quo stric-101. 229-249) incidinus in clearant quo stric-tim indicabantur excerpta quaedam facienda ex epistulis S. Andreae. Iamvero quaecumque de-scribi iubentur e tomo secundo, reapse in tomo

qui nunc est secundus suis locis reperiuntur; contra vero quae desumenda significantur e tomo primo, omnia absunt ab altero volumine quod nunc exstat. Quin immo ipsae illae epistulae videntur periisse, siquidem in neutro e duobus tomis qui hodieque prostant, reperiuntur litterae quas ex elencho novimus datas esse Placentia a d. 23 aprilis 1572 ad d. 29 aprilis 1578, Mediolano a d. 22 decembris 1578 ad d. 20 novembris 1580, iterum Placentia a d. 7. iunii 1581 ad d. 15 februarii 1582. Cum autem I. Silos a B. Andrea « supra millenas ducentenas » epistulas scriptas fuisse referat, et regesta, qualia nunc exstant, non amplius 1098 epistulas complectantur, haud temere conici potest, praeter duos tomos hodiernos, tertium olim exstitisse, in quo tomi, qui nunc est secundus, supplementum quoddam exhiberetur. Quod si ita est, S. Andreas codices in quo si ita est, S. Andreas codices in quo si tenere perscripsisse. itm quoddam exhiberetur. Quod si ita est, S. Andreas codices in quos litteras a se datas referebat, non videtur uno quasi tenore perscripsisse. Postquam enim Placentiam migravit, paucas tantum litteras inde missas (usque ad d. 22 aprilis 1572, addita una d. 19 martii 1573) adiecit ad seriem epistularum quas Neapoli dederat. Deinde codicem Neapolitanum abrupit, et allum exorsus est (23 apr. 1572), Placentinum, quem usque ad an. 1582 (febr. 15) perduxit. Tum Neapolim redux, ad pristinum codicem revertit (15 iunii), qui proinde in ordine temporum, codicem Placentinum circumambit. Hoc impleto, tertium codicem inchoavit. Ex his tribus tomis editores an. 1731 non nisi duos postremos nacti sunt; omnes enim litterae, quas protulerunt, in his duobus codicibus, eodem temporum ordine dispositae comparent, adiectis aliis paucis, quae in editione, quaqua de causa, omissae fuerunt. Quod autem in huius praefatione legitur: « che tutte non sono meno di mille e trecento, » id ex Iosephi Silos verbis inconsulte repetitum arbitramur. Cod. 389 Musei S. Martini collectae sunt variorum epistulae ad Andream Avellinum scriptae ab an. 1578 ad an. 1608; cf. Padicilone, op. c., p. 224-26. — (10) Pellegrani, S. Carlo e S. Andrea Avellino, in La Sacuba Catlolica, ser. 4, t. XVIII (1910), p. 248-71; Pio Paschini, S. Carlo, il cardinal Sirleto ed i Teatini, ibid., ser. 5, t. XXIII (1922), p. 291-94. Epistulam ad P. Scorcovillum de gestis quorundam Patrum Theatinorum, ediderat Vezzosi, I scritori de' Cherici Regolari, L.1, p. 73-85. — (11) Cod. 1587, num. 23. — (12) Cod. 496, fol. 205-206.

Vitae chronotaxis

8. Tractatio de virtutibus et miraculis S. Andreae, quae amplissima habetur tum apud eius Vitae scriptores (1) tum maxime in responsis testium ad causam eius advocatorum, prorsus omittenda videtur. Eius igitur gesta praecipua, temporum ordine servato, paucis notabimus.

Anno 1521, in terra Castri Novi, provinciae Basilicatae, dioecesis Anglonae, nascitur ex Iohanne Avellino et Margareta Apella. Lancellottus ei nomen in baptismo imponitur, quod, habitum religiosum induens, cum Andrea commutavit. Litteris humanioribus imbuitur Senisi, qui locus est a Castro Novo parum dissitus (2).

1537. Sedecim annos natus, domum paternam administrandam assumit (3). Mox clericorum vestem induit (4).

1545. Ad sacerdotium evehitur.

1547, mense octobri, Neapolim venit, utriusque iuris disciplinae operam daturus, ibique in via S. Petri a Maiella domicilium eligit (5). Errant qui cum Bolvito (6) existimant Andream nonnisi adepta utriusque iuris laurea sacerdotio auctum fuisse et in Neapolitana cathedrali ordinatum. Asserit enim ipse, in epistula ad P. Scorcovillum (7), se mense octobri illius anni quo obiit S. Caietanus Neapolim advenisse, id est anno 1547. Totis autem verbis testatur Valerius Paganus (8) eum iam sacerdotio initiatum natale solum reliquisse. Ceterum ex Andreae epistulis constat ipsum ab anno 1545 audiendis confessionibus vacasse (9).

1548. Exercitiis spiritualibus Ignatianis, moderante P. Iacobo Lainez, vacat, et meliora aemulari statuit. Aliam ipsi fuisse mutandae vitae causam passim asseritur, paenitentiam dico de admisso mendacio. Quae sententia in Analectis nostris expensa est (10).

1551 circiter. P. Iohanne Marinonio, Clerico Regulari, suggerente, a Scipione Rebiba, vicario generali Neapolitano, cura ei committitur coe-

(1) In bulla canonizationis, in lectionibus bre-

nobii monacharum Sancti Archangeli ad pris- D tinam formam reducendi (11).

1553. Contiones quadragesimales habet in monasterio Sancti Archangeli (12).

1554. Eodem in monasterio evangelia singularum anni dominicarum exponit (13).

1556. A sicario tribus in facie vulneribus gravissime laeditur. A patribus Theatinis Sancti Pauli Maioris hospitio susceptus, insperatam recuperat valetudinem. Percussorem prodere constanter renuit (14). Die 30 novembris insequenti, novitiorum ibidem habitum accipit sub magistro P. Iohanne Marinonio, et Andreas deinceps nominatur (15).

1558, die 25 ianuarii, sollemnem emittit professionem, agente praeposito eodem P. Iohanne Marinonio (16), et audiendis confessionibus destinatur (17).

1559. Romam vocatus proficiscitur die 3 aprilis, mensis autem maii 8 Neapolim revertitur (18).

1560. Vocalis in Congregatione Clericorum Regularium eligitur(19), seu voce activa et passiva donatur, qua soli gaudent sacerdotes « qui eruditione, prudentia, vitae integritate polleant, qui aliis exemplo esse, religionis observantiam tueri atque adeo augere valeant » (20).

Eodem anno magistro novitiorum P. Vincentio Massi sufficitur; quo munere per decem continuos annos functus est (21).

1562. Capitulo generali Congregationis primum interest, eiusque Actis nomen subscribit, ut et Actis Capitulorum ann. 1564, 1565, 1568, 1569, 1570, 1574, 1575, 1576, 1577, 1579, 1580, 1581, 1582, 1586 (22).

Eodem anno, defuncto Marinonio earum confessario, quattuor sorores Palescandalas per octo annos in via perfectionis dirigit, quae postmodum (an. 1579) maternam domum in coenobium sub invocatione S. Andreae apostoli et regula S. Augustini converterunt. Huius gutem coenobii Avellinus ab iis conditor habitus est (23).

(1) In bulla canonizationis, in lectionibus breviarii et apud plerosque hagiographos legimus C duobus votis heroicis Andream Deo spopondisse spropriae voluntati se nunquam obtemperaturum nullamque diem sine novo perfectionis calculo se numeraturum ». Res a primis biographis, Del Tufo, Castaldo, Pagano, silentio premitur. Inter « positiones postulatorum » processus Neapolitani anni 1621 (fol. 15) id unum repperimus: « Voto etiam se astrinxit quotidie in maiorem perfectionem tendere, ut ipse testatur in epistula ad marchionissam Case Alberi, millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, die 10 septembris. » At illa epistula deperdita est. — (2) Castaldo, op. c., p. 1-2; Paganus, Breve relatione, num. 1, infra, p. 615. — (3) Bolvitro, op. c., p. 4. Epistula Andreae ad Ludovicum principem de Stigliano, Lettere, t. II, p. 390; ad Io. Hier, Avellino, Mus. S. Martini, cod. 496, fol. 206. — (4) Teste Federico Avellino (Mus. S. Martini, cod. 691, fol.142), in pariete ecclesiae Sancti, Nicolai in Castro Novo clavo Andreas haeverba insculpserat: « Anno Domini 1537 cantavit epistolam subdiaconus Lancilottus de Avellino, die 19 augusti. » — (5) Testimonium fr. Lauverba insculpserat: « Anno Domini 1537 cantavit epistolam subdiaconus Lancilottus de Avellino, die 19 augusti. » — (5) Testimonium fr. Laurentii Thomei in processu Neapolitano an. 1614, cod. PP. Theatinorum, fol. 115. — (6) Op. c., p. 9; item Cagiano, Vita ms. cap. 4; Stlos, t. I, p. 358. — (7) Ap. Vezzosi, t. c., p. 73. — (8) Num. 2, infra, p. 615. — (9) Lettere, t. II, pp. 68, 73, 79, 98, 124, 139, 199, 213, 234, 282; annus tamen 1546 videtur significari pp. 419, 434, ef. p. 330. — (10) R.Lechat, La « conversion » de S. André Avellin, in Anal. Boll., t. XLI, p. 139-

148. — (11) Del Tufo, op. c., p. 343; Castaldo, op. c., p. 10; Paganus, num. 2, infra, p. 615. Scipio Rebiba a Petro Caraffa archiepiscopo Neapolitano vicarius generalis constitutus est die 17 iun. 1551. B. Chiocarellus, Antistitum praeclarissimae Neapolitanae ecclesiae catalogus (Neapoli, 1643), p. 332. — (12) Editi in Opere, t. III, p. 1-378. — (13) T. c., p. 379-693. — (14) Del Tufo, p. 343-44; Paganus, num. 3, infra, p. 615; Castaldo, p. 10-14. — (15) Ambrosius Briontinus, Annales Clericorum Regularium, ad an. 1556; Paganus, num. 4, infra, p. 616. Iohannes Marimonius, Venetus, natus an. 1490, Congregationem Clericorum Regularium an. 1528 ingressus, domum Sancti Pauli Maioris per 19 annos non continuos rexit; ibidem obiit 13 dec. 1562 cum fama sanctitatis. Gio. Batt. Castaldo, Vita del bealo Giovanni Marimoni Venetiano de Chierici Regolari (Roma, 1616), pp. 3, 5-6, 73, 103. Quae de eo ad P. Scorcovillum scripsit S. Andreas vide ap. Vezzosi, t. c., p. 74-78. B. Iohannis Marimonii cultum an. 1762 Clemens XIII p. m. approbavit. — (16) Ambrosius Bitontinus, ad an. 1559; Bolytto, p. 28. — (19) Paganus, ad an. 1559; Bolytto, p. 28. — (19) Paganus, ad an. 1559; Bolytto, p. 28. — (19) Paganus, m. 5, infra, p. 616. — (22) Acta Capitulorum generalium, ad hos annos. — (23) Del Tufo, Supplemento all' istoria della Religione de' Padri Cherici Regolari (Roma, 1616), p. 47; La fundatione del CASTALDO, 148. — (11) DEL TUFO, op. c., p. 343; golari (Roma, 1616), p. 47; La fundatione del

1567. Praepositus domus Neapolitanae Sancti annos functus est. Scholas philosophiae ac theologiae in qua tirones informarentur instituendas

1570, mense aprili, Romae, in Capitulo generali Mediolanum mittitur, ibique vicarius domus Sanctae Mariae ad Sanctum Calimerum, a S. Carolo Borromaeo patribus Theatinis donatae, designatur, sub praeposito P. Ieremia Isachino (3).

1571, mense aprili, a Capitulo generali, domui Sancti Vincentii Placentinae, quam Paulus Aretinus episcopus patribus Theatinis concesserat, praeficitur. Seminarii secundum Tridentinae synodi regulas recens constituti moderator, alumnorum confessarius et paenitentiarius dioecesanus designatur (4).

1572, 22 aprilis, P. Marcello Maiorano in praepositum domus Placentinae a Capitulo generali electo, Andreas Neapolim reverti iubetur (5); reapse tamen locum non mutavit; epistulae enim eius quascumque habemus, ab ipso hoc anno ad 19 aprilis anni 1578, Placentia datae sunt (6). Interim ab episcopo Paulo Aretino cura monasterii mulierum paenitentium nuper erecti ei committitur (7).

1573. A Capitulo generali designatur visitator domorum Longobardiae (8).

1574. A Capitulo generali eligitur praepositus domus Placentinae, annoque sequenti in munere confirmatur (9).

1576. A Capitulo generali tertium in praedicto munere confirmatur, et ad domos Longobardiae visitandas iterum mittitur (10).

1577. Domus Placentinae gubernandae onere levatur, et Longobardiae visitator tertium designa-

tur (11).

monastero di S. Andrea di Napoli, Neapoli, Mus. S. Martini, cod. 99, fol. 6°-7. — (1) Hoc ad an. 1566 referunt Castaldo, p. 22, Magenis, p. 172, Bagatta, p. 42, alii; ad an. 1567, Ambrosius Bitontinus, in Annalibus et Valerius Paganus in suis catalogis (Centuria Capitulorum, fol. 17); et hi quidem recte, nam inter omnes fere convenit annos tres Neapolitanae domui Andream praefuisse indeque an. 1570 Mediolanum missum esse. Cf. Castaldo, p. 23; Del Tufo, p. 345-46; Magenis, pp. 173, 202; Bagatta, pp. 42, 71.—(2) Paganus, num. 5, infra, p. 617; Castaldo, p. 32-33. Epistulas Andreae ad cardinalem Sirletum de hoc negotio edidit P. Paschini, in La Scuola Cattolica, t. XXIII (1922), p. 287 sqq.—(3) Del Tufo, Historia, p. 346, cf. p. 106-109; Acta Capitulorum generalium, ad an. 1570; Paganus, num. 6, infra, p. 617; Epistula S. Andreae ad Lucretiam Arcellam et ad alias, Lettere, t. I, pp.137, 140-43. Cf. Paschini, in La Scuola Cattolica, t. c., p. 287 sqq.—(4) Ambrosius Bitontinus, ad an.; Del Tufo, p. 113-14; Paganus, num. 6, infra, p. 617; G. A. Cagiano, Vita di Paolo Burali d'Arezzo (Roma, 1649), pp. 156-59, 183, 215-20.—(5) Ambrosius Bitontinus, ad an.; Acta Capitulorum generalium, ad an.—(6) Lettere, t. I, p. 200-202; Excepta ex epistulis S. Andreae in cod. 653 Mus. S. Martini, fol. 229 sqq.—(7) Del Tufo, p. 167; Cagiano, Vita di Paolo Burali d'Arezzo, p. 236-40.—(8) Acta Capitulorum generalium, ad an.—(9) Ibid.; Paganus, num. 6, infra, p. 617.—(10) Paganus, Centuria, fol. 143 et 159.—(11) Paganus, ibid.—(12) Del Tufo, p. 346-349.—(13) Del Tufo, p. 176-79; Paganus, Centuria, fol. 157.—(14) Paganus, ibid.; P. Paschini, in La Scuola Cattolica, t. c., p. 264-68.—(15) Paganus, Centuria, fol. 159; Id., Breverelatione, num. 6, infra, p. 617.—(16) Acta Car

1578. A pia moniali Genuensi, Baptista Ver- D Pauli Maioris renuntiatur (1), quo munere per tres naccia, quam de re interrogaverat, dissuadetur ne, specie propriae perfectionis, ab omni negotio gubernandi et etiam ab audiendis confessionibus se expediat (12). Eodem anno, mense aprili, domus Mediolanensis Sancti Antonii regimen suscipit (13).

> 1579, mense aprili, et iterum anno sequenti, in eodem munere confirmatur (14).

> 1581. Domui Placentinae rursum praeficitur (15). 1582. A Capitulo generali, eius petitioni morem gerente, Neapolim mittitur (16).

> 1584, mense aprili, ambabus domibus Neapolitanis Sancti Pauli et Sanctorum Apostolorum praepositus datur (17).

> 1585, 9 maii, trucidato a plebe, propter annonae caritatem tumultuante, Vincentio Starace, qui erat « electus plebis », obtulit magistratibus quicquid panis et frumenti in domo erat, et ad Dei iram placandam sollemnem per urbis compita supplicationem init (18).

1590, 7 iulii, a praeposito generali visitator E P. Elisaeo Nardini sufficitur (19). A mense octobri ad ianuarium anni sequentis munus visitandi provincias Romanam et Neapolitanam obit (20). Dum Romae versatur, oblatum sibi a summo pontifice Gregorio XIII episcopatum recusat (21).

1593, mense iulio, Francisco Antonio Avellino, nepote suo, foede trucidato, Andreas inímico qui eum occiderat, ignoscit, et ut a fratre Fran-

cisci Antonii pariter ignoscatur, satagit (22). 1594, 20 augusti, defuncto P. Matthaeo Bencio, domus Sancti Pauli praeposito, eiusdem vice praepositus constituitur, quam et octo mensium spatio rexit (23).

1595, 29 iulii, facultas audiendi confessiones in quibuslibet dioecesibus, etiam non petita ordi-

pitulorum generalium, ad an.; Castaldo, pp
29, 158. — (17) Acta Capitulorum generalium,
ad an.; Del Tufo, p. 352; Castaldo, p. 30;
Paganus, Breve relatione, num. 7, infra, p. 617.
Corrigendus Silos, t. I., pp. 632, 641, qui annis
1585 et 1586 hoc contigisse narrat. — (18) I. B.
Castaldo, p. 42-43; ef. dicta testis oculati
Andreae Piscarae Castaldi Cler. Reg. (fratris F
Iohannis Baptistae) in processu Neapolitano,
Summarium, cod. Bruxellensis 8939, fol. 467477. De tumultu Neapolitano vid. Iacobi
Gerardi Venetianae civitatis legati relationem
ap. Mutinelli, Storia arcana ed aneddotica
d'Halia raccontala dai Veneti ambasciatori, t.
II (Venezia, 1856), p. 140 sqq. et narrationem
alius cuiusdam testis oculati, editam a Fanacila, in Archivio storico per le province Napoletane, t. XI (1886), p. 436-41; cf. t. I (1876), p.
131-138. — (19) Epistula praepositi generalis [Iohannis Baptistae Milani] ad Andream autographa
exstat in Mus. S. Martini, cod. 389, fol. 99. —
(20) « Io sono stato in volta per la visita dal principio d'ottobre insin'à i 23 di gennaro, e però
non l'hò scritto... » Epistula Andreae ad Victoriam
Caracciolam, 1 febr. 1591, Lettere, t. II, p. 16.
« Se ben' il viaggio di 740 miglia con piogge,
venti e freddo, dovea darmi qualche notabile
infermità in questa età di 70 anni, con patire
molti disaggi per le male et incommode hosterie;
non di meno con stupore di tutti son ritornato
sano, e stò meglio che stava prima che mi partisse. Epistula ad ducissam de Nocera, 11 feb. 1591,
Lettere, t. II, p. 21. Erronee Bolvitus bis, annis
1590 et 1591, eum hoc munere functum esse ait,
p. 79. — (21) Castaldo, p. 127; cf. Lettere,
t. II, p. 14. — (22) Castaldo, p. 127; cf. Lettere,
t. II, p. 14. — (22) Castaldo, p. 127; cf. Lettere,
t. II, p. 148, 152, 155, 157-58. — (23) Bolvito,
-nariorum -nariorum

A nariorum licentia, a cardinali Cusano ipsi conceditur (1)

1608, 10 novembris, dum ad altare missam inchoat, apoplexi corripitur. Ad cubiculum delatus, sacro munitur viatico : vespere autem, hora circiter 23, moritur. Ad eius exsequias plurimi concurrunt. Sanguis eius colligitur ; qui octavo a morte die visus est spumam exserere et ebulllire (2).

9. Quae in sequentibus addimus, ad cultus Cultus initium et S. Andreae praestiti ortum et incrementa refeincrementa. runtur.

> Eodem anno, die 7 decembris, crescente fama miraculorum, a praeposito generali PP. Andreae Castaldo et Antonio Caracciolo cura committitur authenticis eadem scriptis consignandi. Mox a cardinali Acquaviva, archiepiscopo Neapolitano, impetrant ut eius auctoritate processus canonicus instituatur, et a die 15 decembris anni 1609 testes audiri coepti sunt (3).

1610, mense octobri, a praeposito generali Iohanne Antonio Angrisano sacrum corpus e coemeterio in ecclesiam delatum est, ibique ante altare S. Iosephi, ubi Andreas ultimo sacrum inchoaverat, reconditum (4).

1611,27 augusti, praepositus generalis PP. Basilio Scorza et Thomae Pelliccionio curam committit de virtutibus venerandae memoriae D. Andreae Avellini testes iuratos ex ipsa Congregatione audiendi (5)

1611, 10 novembris, sanguis qui concreverat, multis asiantibus, rursum liquefieri et ebullire visus est; quod et annis sequentibus, eadem recurrente anniversaria die notatum est (6). Hinc Patres Theatini per aliquot annos de re publicum instrumentum confici curaverunt. Litteras anno 1613 a variis testibus subscriptas de iis quae annis 1611 et 1612 conspexerant, in bibliotheca Musei S. Martini repertas suo loco edemus (7).

1613. Causa servi Dei a summo pontifice S. Rituum Congregationi committitur : mandabatur archiepiscopo Neapolitano ut « faceret fabricari processus via ordinaria, ne probationes pereant » (8).

1615. Capitulum generale domorum praepositos hortatur ut diebus anniversariis BB. Caietani, Iohannis et Andreae sollemnitatem quandam fieri curent (9). Quod quidem Neapoli iam in usu

erat, et res ita agebatur ut modum excedere videre- D tur. Iussit enim nuntius apostolicus ut imago B. Andreae ab ecclesia tolleretur. Annuit tandem summus pontifex ut statuto die deinceps missa sollemnis de feria cantaretur, et contio ad populum haberetur (10).

1622, die 13 maii, servi Dei corpus ab episcopis commissariis processus Neapolitani recognitum est et in arca nova collocatum (11). Eodem anno a I. B. Pamphilo nuntio apostolico recognitae sunt reliquiae sanguinis (12). Ex ampullis quibus collectus fuerat, tres supersunt, quae in sacristia ecclesiae Sancti Pauli Maioris asservantur, et singulis annis die 10 novembris venerationi fidelium exponuntur.

1624, 4 septembris, emittitur decretum quo Andreae Avellino beatorum honores decernun-

Eodem anno, 22 octobris, Adnream in patronum eligunt cives Panormitani (14); anno sequenti etiam Neapolitani (15), aliaeque civitates: tuntum, Castrum Novum, Platia, Nola, Vicus Aequensis, Caprea, Cosentia (16); die 22 iunii 1627 totius regni Siciliae 17), die vero 9 ianuarii 1628 civitatis Capuanae (18) patrocinium ei committitur.

1707, 12 maii, a summo pontifice Clemente XI confirmatur decretum quo asseritur tuto procedi posse ad B. Andreae canonizationem (19).

1712. B. Andreas, et simul BB. Pius V, Felix a Cantalicio, Catharina Bononiensis albo sanctorum sollemni pompa ascribuntur (20). Hoc fere tempore graece edita est a Dominico Regollotto Vita brevis seu synaxarium S. Andreae (21).

10. Cum iamdudum mos invaluerit sanctorum patrocinia eligendi ratione gestorum vel rerum notabilium quae in eorum Vita referuntur, S. Andreae Avellini apoplexi percussi opem adversus repentinae mortis periculum implorare plebs christiana mox coepit. Agonizantium confraternitates S. Andreae nomine multis in locis erectae sunt, quas enumerare longum est. Taurinensem et Mediolanensem in Italia commemorasse sufficiat. et in Belgio nostro Antverpiensem anno 1812, Bruxellensem anno 1862, Minderhollensem anno 1879 institutas (22).

tandem sanctorum

honores de

cernuntur.

beatorum,

repentinam mortem invocatur.

p. 82.— (1) Litterae cardinalis. Cusani in Mus. S. Martini, cod. 389, fol. 153.— (2) Epistula P. Gargani, praepositi domus Sancti Pauli Maioris ad P. Angrisanum praepositum generalem, ap. CAGIANO, Successi maravigliosi, p. 6-13; CASTALDO, p. 162-185; PAGANUS, Breve relatione, num. 8-14, infra, p. 617-19. Testimonium P. Andreae Piscarae Castaldi in proc. Neapol., Summarium, cod. Brux., fol. 58v-59; testimonium P. Pauli Tolosae in proc. Neap. an.1614, cod.Romanus, fol. 56v-57; testimonium Iulii Iasolini medici, testis oculati, Ibid. fol. 94-96; testimonium Petri Vecchionis, intra cuius manus sanguis B. Andreae ebullivit, ibid. fol. 144v-145.— (3) CAGIANO, op. c., p. 13-17. Exemplum processus illius informatorii habetur Neapoli, cf. supra, num. 5(a).— (4) PAGANUS, num. 15, infra, p. 619; CAGIANO, p. 17.— (5) CAGIANO, pp. 20-22. Cf. supra, num. 5(b).— (6) CAGIANO, pp. 22-23, 28-29, 42, 50; testimonium P. Marcelli Surgentis, praepositi Sancti Pauli Maioris, in processus Neapolitano an. 1615, fol. 102v-104v.— (7) Infra, p. 622-23.— (8) CAGIANO, pp. 24, 30-37. Supra, num. 5(d).— (9) Acta Capitulorum generalium, ad an. 1615.— (10) CAGIANO, pp. 28-30, 37-42, 46-54, 64-68; PAGANUS, num. 17-(1) Litterae cardinalis. Cusani in Mus.

21, infra, p. 620-22. Iam anno 1613 Paulus Tolosa (Cler. Reg.) episcopus Bovinensis, et B. Andreae olim coniunctissimus, de virtutibus beati vir publicam contionem habuit quam cura P. Ia-cobi Mascari typis expressam vidimus: P.Tolopublicam contionem habut quam cura P. Iacobi Mascari typis expressam vidimus: P.Tolosa, Predica... fatta in Napoli nella chiesa di S. Paolo l'anno 1613, la domenica 24 dopo la Pentecoste, alli 10 novembre giorno anniversario della morte del Padre D. Andrea Avellino Chierico Reg. celebre per fama di santità. Roma, 1614. — (11) Cagiano, p. 107-110. — (12) Ibid., p. 122-23. — (13) Ibid., p. 177-80. — (14) Ibid., p. 193. Decretum vidimus ap. PP. Theatinos Romae. — (15) Cagiano, t. c., p. 285-97. — (16) Ibid., pp. 314, 380-90. — (17) Silos, t. II, p. 523. — (18) Michael Monachus, Sanctuarium Capuanum (Neapoli, 1630), p. 550-53. — (19) J. Chiapponi, Acta canonizationis sanctorum Pii V, Pont. Max., Andreae Avellini, Felicis a Cantalicio et Catharinae de Bononia, habitae a sanctissimo Domino nostro Clemente XI (Romae, 1720), p. 5-6. — (20) Ibid., p. 304-320. — (21) Anal. Boll., t. XXI, p. 395; H. Delehaye, Une Vie grecque de S. Dominique, in Miscellanea Dominicana (Roma, 1923), p. 5. — (22) Magents, Vita, p. 316; J. L. Buys, Leven van den I.

D

I. S. ANDREAE AVELLINI VITA BREVIS

A. VALERIO PAGANO

E codice Neapolitano Musei Sancti Martini 564, fol. 237-247. Cf. Comm. praev. num. 4.

vita e morte del nostro B. Padre Don Andrea Avellino de la nostra Religione [Cap. 46].

Lancellot-

Neapoli

1. Di questo B. Padre ne dirò alcune poche cose, solo per non mancare al ordine di quest' Avellinus istoria (1) e per haverle inteso molte di esse io medesimo dal istesso B. Padre, et altre le ho viste di presenza; nè mi estendo molto per esser il mio intento solo di non fare andare in oblivione alcune cose degne di memoria de li nostri; e poichè questa vita è stata discritta da altri (2) Castri Novi io solo attenderò al mio intento. Nacque questo benedetto Padre nella Provincia di Basilicata nel Regno di Napoli nella terra di Castro Novo, diogese di Anglone, l'anno 1521. Il suo padre si chiamò Giovanni, e la madre Margarita et ambidui dell' istessa famiglia Avellino, persone di bona vita e di timorate conscienze, e molto pij de più principali di quella terra. Fu chiamato nel battesmo Lancellotto e fu allevato da suoi teneri anni con molto timore di Dio, e con bona educatione, massime da la madre, la quale era grandemente devota e bona christiana. Et attese con gran diligenza allo studio delle lettere humane, et anco a un principio di legge nella sua stessa patria. Fuggi sempre ogni mala compagnia di giovani dati alli piaceri e diletti del mondo, et in tal modo fuggi la prattica delle donne, havendole in aborrimento, che due volte fu assalito da quelle per rubarli il pretioso dono de la castità, e lui fuggì senza imbrattarsi e senza machiarla. Nel istesso suo paese prese tutti sacerdotio l'ordini sacri, essendosi dato al stato ecclesiaauctus, stico perchè non volle seguitare il secolo.

2. Venne in Napoli per perfectionare il suo studio delle leggi civili e canoniche essendo già

De alcune poche cose appertinenti alla sacerdote (3); nè per qualsivoglia occasione relassò punto de la sua bona vita. Prese amicitia iuri operam con li nostri Padri di San Paolo, e in particolare con il P. Don Pietro Fuscareno veronese (4), primo preposito de la detta casa, huomo di santa vita e di molte lettere, come di sopra si è detto nel descrivere la sua vita, il quale morì l'anno 1551, in modo che esso pratticò in detta casa prima di questo anno. In questo tempo il nostro cardinale Teatino (5) fu eletto arcivescovo di Napoli, e mandò per governo di quella chiesa per suo vicario generale Mons. Scipione Rebiba, il quale fu poi eletto vescovo di Mottola; e E quando il detto cardinale fu assonto al pontificato, lo creò cardinale di Santa Chiesa et arcivescovo di Pisa (6). Questo degno prelato, mentre era Vicario in Napoli, amò grandemente il detto Don Lancellotto 1 conoscendolo per huomo intero, honorato e di gran bontà, et anco letterato ; e perciò l'impose il carico e governo spirituale de un monistero di monache, detto diSant' Arcangelo, già estinto e levato (7).

3. Prese il carico il destro sacerdote, e subito Monialium diede principio a volerlo riformare, levandoll S. Archantutti li trafichi e prattiche inutile e di poco honore a Dio e a quello monistero, fra le quali ci era un canonico della catedrale 1 chiesa, ma più tosto secolare che ecclesiastico; a questo tagliò afatto la prattica e per ciò fu minacciato crudelmente più volte, nè mai il diligente et accurato sacerdote dismise punto il suo zelo e buon governo; onde quel meschino, tentato dal demonio, da uno assasino li fece dare una ferita nel volto; ma esso senza farne rumore attese a farsi medicare, non essendo la ferita molto grande; et essendo guarito di quella at- F tese più che mai, e con magior diligenza, a cu-

geli cura suscepta,

2. - 1 Lancillotto cod.

H.Andreas Avellinus, patroon tegen vallende ziekte, geraaktheid en onvoorziene dood (Gent, 1889), p. 139-62. Cf. Godvrugtigheden en aflaeten van het Broederschap van den gelukzaligen Andreas Avellinus, patroon tegen de geraektheden, vallende ziektens en subiete dood, opgeregt in de parochiaele kerke van Onze Lieve Vrouwe van Finis-Terrae, binnen Brussel, Brussel, 1817; Handboek van het Broederschap opgerecht ter eere van den H. Andreas Avellinus behoeder tegen geraektheid, vallende ziekte en schielijke dood, in de parochiaele kerke van Fines-Terrae van Brussel, Brussel, [1831]; Manuel de la confrérie érigée en l'honneur de S. André Avellin, patron contre l'apoplexie, l'épilepsie et la mort subite, en l'église paroissiale de Fines-Terrae de Bruxelles, Bruxelles, [1832]; Manuel des membres de la confrérie de Saint André Avellin, érigée canoniquement dans l'église de N.-D. de Finesterrae à Bruxelles, Bruxelles, 1862.—(1) Breve relatione del principio e progressi de la religione de Cherici Regolari e delle attioni d'alcuni di essi Padri. Comm. praev. num. 4, supra, p. 610.—(2) I. B. Del Turo (1609) et I. B. H. Andreas Avellinus, patroon tegen vallende ziek-

3. - 1 cadredale cod.

CASTALDO (1613). Cf. Comm. praev. num. supra, p. 609. — (3) Comm. praev. num. 8, supra, p. 612. — (4) 17 oct. 1532 ordinem ingressus, 1536 praepositus domus Neapolitanae Sanctae p. 612. — (4) 17 oct, 1532 ordinem ingressus, 1536 praepositus domus Neapolitanae Sanctae Mariae in Stabulo, qua 18 ian. 1538 a Patribus relicta, domum Sancti Pauli Maioris fundavit, ubi 28 mart. 1551 obiit. Vezzosi, Scrittori de' Cherici Regolari, t. I., p. 366-68. Laudatur ab Andrea in epistula ad P. Scorcovillum ap. Vezzosi, t. c., p. 73. — (5) Iohannes Petrus Carafa, primus praepositus generalis Congregationis Theatinorum, 22 dec. 1536 creatus cardinalis, 22 febr. 1549 archiepiscopus Neapolitanus, 23 maii 1555 pontifex maximus Paulus IV.— (6) Scipio Rebiba 1541 episcopus Amyclensis in partibus infidelium; 22 iun, 1551 vicarius archiepiscopi Neapolitani (Chioccanellus, Antistitum praeclarissimae Neapolitanae ecclesiae catalogus, Napoli, 1643, p. 332); 12 oct. 1551 episcopus Motulae; 20 dec. 1555 cardinalis; 13 apr. 1556 episcopus Pisanus; obiit 23 iul. 1577. — (7) Exstinctum an. 1577 ab archiepiscopo Paulo Aretino. Cagiano, Vita di Paolo d'Arezzo, p. 285-88.

-stodire

VITA

a sicario

et apud Theatinos

curatur.

stodire la gregge commessali dal Vicario. Onde quel infelice vedendo non haver il suo intento con questo, fra poco tempo di novo dal istesso assasino fu percosso con due ferite di novo, l'una vulneratur de esse fu crudelissima, perchè non solo li tagliò tutta una guancia, ma anco il naso a traverso, e gionse insino all' altra guancia, e l'altra fu poca, e vicino alla barba. Ma la magiore fu tanto profonda che li tagliò l'arteria. Hor vedendosi così mal trattato, et havendo fatto molta esperienza de la gran carità de li Padri di San Paolo, li quali l'haveano grandemente compatito quando la prima volta fu ferito, e se li erano offerto ad ogni suo bisogno, si fe condure alla loro casa, ove fu ricevuto carissimamente, e subito furono chiamati li megliori medici de la città per curarli le ferite, e fu giudicata mortale quella magiore perchè per tre giorni et tre notte continue non si possi stagnare il sangue del arteria e fu bisogno ponerci molta quantità di vetriolo e per tanto tempo mantenere con la propria mano un prattico, acciò che la gran furia del sangue non cacciasse il medicamento; e perciò nella guancia si ci fece una gran fossa, che dimostrava dovesse restare la sua faccia 2 molto difforme quando fusse guarito. Ma Iddio, che lo medicava con altre regole di quelle de la medicina, in breve tempo si guari, e tutte tre le cicatrici³ restorno tanto ben saldate et appianate che in nullo modo si conoscevano, ancor che aposta fusse, da chi lo volesse vedere, riguardato; et io ragionando con esso di questo li dimandai il luogo ove fu ferito, et mostrandomelo esso stesso con il suo deto, si ci vedeva un filo sottilissimo così alla guancia, come al naso, nè era possibile poterlo vedere, salvo che si fusse appostatamente, como fece io, approssimato; sì che questo fu tenuto per manifesto miracolo. Fu questo fatto l'anno 1556; e sparso il rumore di questa crudeltà, tanto barbara e diabolica, il vicerè (1) fece esquisite diligenze per haver notitia de li malefattori, nè mai si possirno sapere, perchè esso non li volse mai scoprire; et essendo andato l'avocato fiscale a visitarlo mentre stava in letto, e in diversi ragionamenti amorevoli, mai celo possi cavare di bocca, ancor che esso molto bene sapesse tutti li malifattori. Ma quella vendetta che non si possi fare dalli giodici terreni, la fece Iddio dal cielo; poichè poco dono, il canonico avante le gradi de la porta di San Paolo fu miseramente ammazzato senza nullo aiuto, nè spirituale, nè temporale (2), e

novitios admissus,

4. Hor subito che Don Lancellotto fu guarito, pregò li Padri, li quali con molta carità l'haveano tenuto in casa loro, che lo volessero ricevere alla religione; e dopo molte e molte istanze fatte

